Ratio hujus Scripti.

Die 29 Aprilis anni decurrentis defensæ sunt in hoc P. Augustini Salmanticensi venerabili Cœnobio
assertiones quædam de peccato originali, quarum Theoremata, typis de more data, diem pro disputatione assig-
narunt 28 Januarij: verum usque in præfatam 29 Aprilis ideo translatæ sunt, quoniam infirmâ semper va-
letudine Propugnator non valuit consignatâ die periculo se exponere, ut notum est, et si opus fuerit Docti-
ssimus Adhincius attestabitur. Porrò in publica Concertatione nil omnino contigit, quo vel Auditores præcla-
rissimi offenderentur, vel nobis minimam etiam suspicionem ingereret apud præclaros undequaque Magis-
tros nostras Theses malè audijsse. At quia post tot iam inde transactos menses rumor adest, alibi Theoremata
nostra notari apud Doctissimos Theologos visum est, qualemcumque possimus rationem reddere assertionum nostra-
rum, ut si fortè ex defectu explicationis nostræ in Theorematibus (laconicis de more) assertiones nostræ (firmæ apud
eos, qui nos audire dignati sunt) apud reliquos minus tutæ videantur; proposita illis explicatione eadem, qua in
concertationibus usi sumus, iudicium proferant, quod venerabimur semper, quoniam ex præcepto et exemplo
P. nostri DD. semper sumus subiecti iudicio: et multo magis (favente Divina gratia) supremo ac infallibili
iudicio Sanctæ R. Ecclesiæ M. nostræ. Præmoneo tamen, me, ne nimium sim onerosus, de his solum acturum
conclusionibus, quæ minus communes censentur; quia licet, quænam sint quæ non fortunatam subeunt aleam apud
quosdam, ignorem; illæ tamen quæ communes sunt ab omni procul censura securas esse inficiabitur nemo. Ad rem
ergo in 1° Theoremate nil notatu dignum reperio.

In 2° Theoremate illud quod aliquali nobis reflexione dignum se se offert est assertio, quâ, supposita catholica ve-
ritate, de eo quod omnes peccavimus in Adam, adjecimus peccasse omnes in Adam, non ut in capite morali,
sed naturali: conclusio his verbis concepta est atque expressa ad finem Theorematis. Insuper et ipsum (peccatum
originale) dicimus verè et propriè fuisse voluntarium parvulis ut in Adamo contentis, in quo omnes fui-
mus non ut in capite nostro morali, ita ut in ipso nostræ voluntates moraliter translatæ sint à Deo, aut ex
pacto inito cum ipso quod inutile putamus; sed ut in capite nostro naturali, quo peccante, peccavimus ut
membra illius, et quod capiti naturali voluntarium fuit, voluntarium fuit nobis, ut membris.

Duo hic sonant
et quod pactum fuerit contra nostram sententiam inutile adhoc, ut peccatum originale sit verè ac propriè
peccatum, vere ac propriè voluntarium parvulis. Et rursus quod omnes peccavimus in Adamo verè ac propriè
quia omnes in illo eramus, non ut in capite nostro morali (perpendenda verba) per translationem nostra-
rum voluntatum in Adamum; sed quia in illo eramus omnes naturaliter contenti, ut in capite natura-
li. De 1° nil sese offert censura dignum nec specie tenus. 1° quia quod pactum non intercesserit est sen-
tentia valdè plausibilis inter catholicos, eamque defendunt. 2° quia forte in hoc litigium est de voce, ut no-
tavit Ill. Godoy in 1a 2æ. q. 81. Disp. 33 statim in principio. Nec specie tenus videri potest censura dignum
nos asserere in quæstione (forte de voce) quod SS. Theologi Catholici tenent, atque defendunt.

De 2° agentes, om-
nino ab omni censura liberos nos esse iudicamus, si quod asserimus non superficialiter, sed comprehensivè
ut DD. decet pertractetur. Atque ut ita, duo supponimus, quæ nullus renuet concedere. 1um ideo est, nos in Theo-
remate dixisse, quod peccavimus in Adamo non ut in capite morali, quia voluntates nostræ non erant mo-
raliter transfusæ in voluntatem Adami. 2um est, assertiones nostras desumptas esse, quoad præsens attinet ex
tomo 2° Mag. Manso de peccato originali q. 10. 1um pater ex verbis ipsis, quæ perpendenda monuimus. 2um
evidenter colliget quis quis sententias, imò et verba Theorematum contulerit cum verbis, ac sententijs Mag. lau-
dati.

Hinc sequitur legitima illatione, in eo præcisè sensu nos dixisse quod parvuli peccaverint in Adam

AVSA

non tanquam in capite morali, in eo inquam precise sensu, qui intenditur à Mag. Manio, quem
dem sensum laconicè ut in theorematibus fieri solet explicavimus his verbis ibi: Non ut in capite mo
rali &c. Et fusius explicatur à praelaudato Mag. Manio 2o. 10 saepe, sed maximè numero 99. qu
docti legere dignentur omnem facile metum deponent. Est autem sensus (quem concisè proferemus
Adamus pro priori ad praeceptum, non erat caput morale posterorum, sed naturale: at praecepto
niente et ex vi illius, saltem ut in vi conditionis necessariae Adamus extitit caput etiam morale po
rum: ideo peccante Adamo ut capite naturali pro priori ad praeceptum, morali item ex vi praecepti
conditionis necessariae peccavimus omnes verè ac propriè. Quid hic censura dignum? Quod Adam
ante praeceptum caput precise naturale quia non intervenit pactum? At pactum negant praeclari
Catholici, et quoad hoc forte litigium est de voce. An vero quod Adam peccavit non ut caput mo
rum, et ideo nos peccavimus in illo non ut in capite morali? At si Adam peccavit post impo
situm ut est indubitabile, et in ipso actu praecepti et ex vi praecepti erat caput morale ut con
assertio, quid est quod censura dignum existimetur à DD.? Sed si inquiras: quid est ergo
sententia dicit: Peccavimus in Adamo non ut in capite morali &a.? Facilis est solutio, nam
dupliciter potest dici Adamum operari et peccare ut caput morale.
Primo quatenus voluntates
ab illo fuissent moraliter in eundem transfusae mediante ad id pacto. 2o. quatenus Adamus
raliter pro priori ad praeceptum voluntates posterorum, accedente praecepto requisito per modum
ad rationem capitis moralis operatur iam, et peccat ut caput etiam morale. Hoc ultimum nunqu
mus, ~~adamo~~ imo expresse semper concessit sententia nostra. Solum negavimus
primum ut patet ex
dum contendentes peccasse parvulos in Adamo non ut in capite morali, rationem nostram
verbis ibi: Quia (mea munito) quia nostrae voluntates non erant moraliter translatae à Deo in
tem Adami. Non aliud ergo negamus nisi id quod scilicet nostrae voluntates essent translatae p
ad praeceptum, et ex vi pacti, ut contendit communior opinio, in voluntatem Adami. Id patet
singula. Non negamus Adamo impositum fuisse praeceptum, ut capiti pro se, ac posteris
ordinationem divinam de transfundenda iustitia originali in descendentes ab Adamo, si ille p
servasset; et si secus de infectione totius posteritatis per originale delictum: hanc item ordinatio
nem Adamo fuisse notam.
Non negamus Adamum, imposito semel praecepto, peccasse ut caput
rale solum pro priori ad praeceptum; morale etiam supposito praecepto: non quia praeceptum
rationem formalem constitutivam capitis; sed conditionem necessario exactam ad rationem
Non negamus nos peccasse voluntariè, verè ac propriè in Adamo, ut in capite, morali etiam hoc
ergo unicè dicimus nos peccasse in Adamo non ut in capite morali, quia nostrae voluntates non era
moraliter pro priori ad praeceptum in voluntatem Adami. Id perinde est, ac dicere ante prae
transtulisse Deum moraliter voluntates nostras in voluntatem Adami, quia satis superque erat con
physica naturalis, ut accedente praecepto imposito Adamo, ut capiti (iam inde morali) pro se, ac po
nito id ipso Adamo, quod nempe pro se, ac posteris imponebatur praeceptum, quod servatum
transmitteret originalem iustitiam; si frangeretur, transmitteret originale delictum, hoc ipsum
contraherent, qui in illo verè, ac propriè peccaverunt. Haec igitur omnia (quae ne metu malè
apud DD. recens inventa credantur, satis erit 30, et amplius ab hinc annis saepe saepius
dum haec eadem sententia in celebrioribus Hispaniae Academijs, atque Gymnasiis publicè defendi
inquam omnia si Docti ut ipsos decet maturè considerent quid invenient nota dignum?

AUSA

Sanè S. Mag. Ayala ex inclita ac Regali Religione S. B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum nil invenit, dum sententia ista in maximo Universitatis Salmanticæ Lyceo propugnaretur, nota dignum, nisi quod quæstio erat de voce, et in hoc institit, dum eamdem oppugnavit anno 1710 Eminent. Card. Cienfuegos, solo nomine universo Orbi venerabili: SS. Mag. Perea Basilianus toti Hispaniæ, et Orbi notissimus, qui hoc eodem anno argumentationibus solidissimis, quia suis, illustrarunt sententiam istam, dum eam oppugnaverunt: Doctissimi denique Magistri, qui non solum Salmanticæ, tum in Academia, tum in Augustiniano gymnasio plures; sed et Valli-Oleti, sed et Compluti, sed et Toleti, sed et Matriti totiens defensari viderunt hanc eandem sententiam, ipsis quæ hodie domus verbis conceptam, ut patet ex fide digno testimonio Mag. Manso loco citato, et ex relatione DD., qui in hac ipsa Salmanticensi Academia repertitei sunt, et auriculares fidelissimi testes: defensari, inquam, videntes et argumentis suis fortissimis impetentes nil invenerunt censura dignum: ergo securi sumus, ac certissimi, quod apud alios, quantumvis doctissimos non malè audiat opinio nostra, quæ tot apud S. DD. (Equales!) semper constitit probabilissima.

Ultimo tandem reponimus id, quod maximi apud DD. omnes faciendum esse dubitabit nemo, scilicet supremum ac integerrimum in Hispania Tribunal fidei nil circa quæstionem istam notasse, dum post longissimum examen operum Friderici Nicolai Gavardi D. Augustiniani iudicium tulit, et expurgationem eorum, ut patet ex ejus decreto dato Matriti die 14 Julij anni 1728.

In 3.º Theoremate sese nobis offert duplex illa assertio, quæ ibidem invenitur, nempe, et quod parvuli decedentes cum solo originali puniuntur pœna sensus: et quod motivum reprobationis negativæ in hominibus est iuxta Augustinum peccatum originale. Utraque hæc sententia defenditur a gravissimis Theologis, qui eam omni ex parte reddunt à censura immunem. Videatur Eminent. Card. de Noris in Vindicijs cap. 3.º § 5. et cap. 5. § 10. et Mag. Manso. Novissime tenuit 1.am ex relatis sententijs ingeniosus Augustinianus pro examine ad gradum Licentiatus in celebratissimo Sanctæ Barbaræ Consessu atque Sacello, ubi ut notum est toti Orbi, non nisi Catholicissimæ ac tutissimæ sententiæ permittuntur discutiendæ. 2.am ex relatis sententijs esse expressam in Angelico Præceptore tenent plures, qui alioquin ex propria mente oppositam amplectuntur, ut videre est apud Illustriss. Godoy, Gonet, et quod pluris faciendum semper existimavimus Angelicus Præcept., qui iuxta multos (ex his etiam) sententiam edocet oppositam, diserte verbis asserit (...) nostram tradi ab Augustino. Ideo diximus in 3.º Theoremate neminem hoc dubitaturum, qui legerit Augustinum: nemo enim (pace omnium) doctior, aut oculatior extitit D. Thoma. Quare, si Angelicus oculatissimus D. non dubitavit nostram sententiam Augustini esse, neminem credimus fore deinde, qui dubitet. Et id, cum pro veritate firmanda dictum fuerit, nulli DD. existimavimus iniuriosum fore.

In 4.º et 5.º Theoremate nil se offert explicatione indigum. Quod enim dicam argumentum desumptum ab Augustino ex infinitis prope modum ærumnis, ac miserijs huius vitæ ad probandum originale peccatum convincere ex natura rei contra Paganos, et Hæreticos dogma catholicum de peccato originali potius in obsequium cedit catholicæ veritatis, quam in præiudicium: sicuti cedunt in obsequium Religionis Orthodoxæ argumenta credibilitatis nostræ fidei, quæ a SS. PP. et DD. congeruntur, quorum plura ex ipsa natura rei suadent catholicas veritates. Notius id est, quam ut nos detinere mereatur.

In 6.º Theoremate duæ sunt assertiones, quarum alteram ex altera deducimus. 1.a est, Concupiscentiam (de qua ibi loquimur) distingui ab appetitu sensitivo soluto vinculo originalis iustitiæ.

AVSA

Ex hac deducimus 2am quæ sequitur, concupiscentiam (de qua loquimur) non esse homini [illegible]turalem, nec potuisse cum ea creari, quantumcumque conderetur in puris naturalibus. [illegible] pronunc Eximio immediate assignando plurimos alios catholicissimos DD. utramque nostram [illegible]tionem edocentes) ab Illmo et M. Dno D. D. Michaele Perez in Complutensi tum celeberrimo [illegible] naso D. Episcopo deinde Arcadiæ doctissimi scriptis de triplici statu naturæ, quæ Augustiniani [illegible] Vinciæ Castellæ, uti Augustini (decursu doctrina exarata sunt præclara hæc eius scripta) filijs legata [illegible] et amoris ac venerationis ergo asserbantur, et decet in insigni Sancti Philippi Matritensis Bibliotheca [illegible]

Ergo præclarus hic D. ab omni nos liberabit onere reddendæ explicationi qualicumque pro nostris [illegible] assertionibus, quoniam eius scripta cuicumque pervia exunt, et ab omni procul suspicione dimitti[illegible]tur tomus quartus Selectarum RR et M. Mag. Thyrso ex clarissima Societate, et maxime [illegible] Sect. 16 per totam.

Ibi M. et RR Autor iste totus est in probanda, commendanda, laudanda [illegible]tate sententiæ D. Perez, quæ eadem ipsissima est cum nostra. Atque ideo et Mag. Manso, dum [illegible] suam circa hoc exponit tomo 1o de peccato originali D. 9e 5a, præcipue §6. invenire fatetur [illegible] esse, quam fuerit mens et doctrina D. Perez: et nos etiam, dum in publicis steterimus concertationibus [illegible] hoc ipsum disertis verbis testati sumus, uti notum est cunctis præclarissimis, qui aderant ibi Auditoribus [illegible] quem retardet, an reipsa scripta Mag. Manso, atque theoremata nostra aliud edoceant, quam id [illegible] probabilitatem laudavit, atque commendavit in D. Perez M. et RR. Thyrso, facili negotio, si [illegible] simul conferat cum scriptis RR et M. Mag. laudati, ab omni nos reddet explicationis [illegible]munes. Quin, (quod maximi habendum est) cum locum citatum RR. Mag. prælaudati [illegible] stemus, cum in publico certamine, atque privatis de more præludijs satisfacere conati [illegible]tis oppositis, eam ipsam doctrinam dedimus, ut nos tutaremus a damnatione aliquarum pro[illegible] Michaelis Baij et ab omni, et quacumque opinione suspecta, quæ M. Thyrso diluit ipsa [illegible] fieri posse viderentur contra doctrinam Mag. Perez. Contigit autem id sine præjura nostra [illegible] M. Thyrso, quoniam scripta Mag. Manso, quæ præ oculis habebamus non aliam, sed ipsissimam [illegible] quam, præferunt doctrinam.

Hinc nemo mirabitur nos lectione accedente merito factos instructores, [illegible] omittere quæcumque paraveramus ad rationem de his assertionibus reddendam: neque enim [illegible] sed collatione tantummodo scriptorum Mag. Manso, et nostrorum theorematum, cum scriptis [illegible] loco citato. Non tamen ideo prætermittemus absentibus proponere aliqua, quæ præsentibus in [illegible] certatione Magistri proposuimus. Et de quo (ne inventum videatur) ipsos contestor, si opus [illegible] est, nos admittimus expresse possibilem statum naturæ puræ, quo nulla gratia aut donum [illegible]rale deberetur homini. Hinc sponte fluit contra Bajum: Ergo exaltatio naturæ humanæ est [illegible]bitum, et non naturalis eius conditio. = 2um admisimus expressis verbis, quod si homo crearetur [illegible] naturæ puræ, adhuc in eo reperiretur aliqualis pugna inferiorum virium cum ratione, pro qua [illegible]

I compescenda necessaria foret gratia Dei, et ipsius adiutorium

cenda, et [illegible], ut etiam tenet prælaudatus RR. Magr. sed hæc pugna non adeo vehemen[illegible] siveni esset, ut rebellio concupiscentiæ valeret dici. Sic semel et iterum ad verbum dicebamus in [illegible] certationibus, satisfacere conantes argumentis propositis a doctissimo Dominicano.

3o nos semper [illegible]mus, atque loquimur de ea tantummodo concupiscentia, quæ vulnus est naturæ, infirmitas, [illegible]tium, ea ex peccato originali. Hæc (dicebamus consulto in theoremate 6o) hæc est rebellio inferiorum virium rationi, seu ipsa habilitas ad inordinate concupiscendum, est infirmitas, languor [illegible]

AVSA

diximus; et consulto diximus hæc, quia semper monuimus assertiones nostras non procedere de quacumque concupiscentia aut pugna; sed de hac (id est nisi forte linguam sit device, uti ibidem præmonuimus) de concupiscentia rebellante frequenter contra rationem, et importune contra eam durum bellum commovente: de concupiscentia, quæ est vulnus naturæ, vitium, &a: de concupiscentia tandem sub qua gemens Apostolus aiebat ad Rom. 7. Video aliam legem in membris meis &a. De hac locuti sumus uti clare constat in Theorematibus, et clarius monebamus, dum explicationem nostræ sententiæ præmisimus in publicis concertationibus his verbis, quæ audierunt omnes: Procedit quæstio de concupiscentia rebelli, et uno verbo, de hac ipsa concupiscentia, qua post lapsum Adami gravamur in præsenti statu utrum &a. De hac (dicebamus respondentes argumento desumpto ex damnatione propositionis illius 55 in Michaele Bajo: Deus non potuit ab initio creare talem hominem qualis nunc nascitur) de hac nil convincit iustissima damnatio propositionis, ut pote quæ procedit unice contra propositionem in eo sensu acceptam, quem intendit assertor, scilicet, quod non potuit homo creari sine iustitia, ac reliquis donis, quibus ornatus erant ex pura Dei liberalitate et dignatione: et ideo non potuit creari, aiebat Bajus, sine gratia, ac donis supernaturalibus, quorum destitutus splendore, et amictu nunc nascitur: nam qui contendat Deum potuisse creare hominem cum peccato originali et mille deffectibus ex illo, qualis, et cum quibus nunc nascitur? Ergo de hac quisquis videat, an sit censura dignum asserere, Concupiscentiam (istam quidem) distingui ab appetitu sensitivo soluto vinculo originalis iustitiæ: et rursus: non esse homini naturalem (Concupiscentiam istam) nec potuisse cum ea creari quantumcumque condereretur in puris naturalibus?

Sane Doctissimi Theologi, qui nos audierunt, non aliud nos deffendisse contendebant, quam quod habitus vitiosus, qui in ordinate inclinans ad malum, naturalis non est, nec hominem si in puris naturæ condereretur à Deo posse creari cum habitu vitioso. Non aliud clamarunt nos dicere, quam habitum vitiosum, formaliter ut habitus vitiosus est (etenim semper nos audiebant loquentes de concupiscentia formaliter ut deffectuosa et inclinante in malum, non de illa pro materiali, ut ita loquar, et secundum quod iuxta D. Thomam est actus naturalis concupiscibilis facultatis) non esse naturalem, bonam, neque à Deo. Quis autem iudicet aut suspicetur celeberrimas istas sententias esse censura dignas? Longe ergo sumus ab illa incurrenda inter D.D.

Tandem quoniam suffragium omne, brevitati consulentes abjicimus eo contenti, quod legatur N. et R.R. Ayzo loco citato, dum scripta Doct. Perez in lucem prodeunt: Cathalogum nunc AA. gravissimorum, qui nos in hac tenenda sententia præcesserunt, non possumus non intexere. Tenent ergo et illustrant sententiam nostram apud Illmum D. Perez, Mag. Sententiarum, uterque Gillelmus Altisiodorensis, et Parisiensis, Alexander de Ales, Ricardus de Mediavilla, Henricus de Gandabo, Robertus Hol Kot, Gabriel Biel, Jacobus Almainus, Joannes Burgedo, Gregorius de Ariminio. Item Petrus Aureolus, Gregorius Martinez, Pater Antonius de Cordoba (qui eam fuisse omnium N. P.P. et veterum Scriptorum testatur) Angelus Vulpes a Monte piloso, N. et in Augustino versatissimus Pater Macedo, Joannes Bagotius, Michael de Elizalde, Martinus de Esparza Basilius Legionensis Primarius Emeritus Salmanticensis toti Orbi notus, Carolus Moreau, et apud ipsos alij.

His omnibus adjicimus singularem nostræ sententiæ Patronum Eminent. Card. de Noris Augustinianum in Vindicijs cap 3. § 2º Atque hic solus satis superque foret, ut tutissimi semper

AVSA

ab omni nota quiesceremus defendentes sententiam, quam ipse tantopere illustrauit. Cum enim [...]
Scripta, sole clariora semel, iterum, et tertio reuisa sint Romę, et approbata à Senatu [...]
teperrimo; celebrata, et ad Sydera usque exaltata Salmanticę omnium pene D.D. consensu, ut [...]
ut videre est in præliminio impressionis Operum eiusdem Salmanticę anno 1636, qui [...]
post tot, talesque approbationes Romanas, et Salmantinas, (quid restat?) non iud[...]
rissimam sententiam nostram, et probabilissimam?

His tamen minime obstantibus, D.D. no[...]
subjicimus examini, et sententię, parati, distinere, si expedire ita iudicaverint, ration[...]
re, atque magis fundatam quam istam, quę tumultuarie concinnata est. Imo parati nostram [...]
tare sententiam, si plus id ad Dei gloriam et exaltationem Catholicę Religionis, ac nomi[...]
cens existimetur à D.D. Catholicis: multo id libentius, et ex animo præstaturi, si Sacro[...]
na Ecclesia et Supremum eius Caput Vicarius Christi, et Successor Petri, hoc vel iusserit, [...]
exit, aut insinuauerit.

Frater Josephus de Cabriada Augustinianus.